

# REQUIEM MASS

On the Day of Death or Burial

*4 Esdras 2:34-35; Ps. 64: 2-3*

REQUIEM æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. REQUIEM æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

DEUS, qui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui (*vel* famulæ tuæ) N., quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perducere; ut, quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dominum.

*1 Thess. 4: 13-18*

FRATRES: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus est, et resurrexit; ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in

## INTROIT

Eternal rest grant unto them, O Lord: and let perpetual light shine upon them. *Ps.* A hymn, O God, becometh Thee in Sion, and a vow shall be paid to Thee in Jerusalem: O Lord, hear my prayer; all flesh shall come unto Thee. Eternal rest grant unto them, O Lord: and let perpetual light shine upon them.

## COLLECT

O God, whose property is ever to have mercy and to spare, we humbly entreat Thee on behalf of the soul of Thy servant (*or* handmaid) N., whom Thou hast bidden this day to pass out of this world: that Thou wouldst not deliver him (*or* her) into the hands of the enemy nor forget him (*or* her) for ever, but command him (*or* her) to be taken up by the holy Angels, and to be borne to our home in paradise, that as he (*or* she) had put his (*or* her) faith and hope in Thee he (*or* she) may not undergo the pains of hell but may possess everlasting joys. Through our Lord.

## EPISTLE

Brethren: We will not have you ignorant concerning them that are asleep, that you be not sorrowful, even as others who have no hope; for if we believe that Jesus died and rose again, even so them who have slept through Jesus, will God bring with Him. For this we say unto you in the word of the Lord, that we who are alive, who re-

adventum Domini, non prævenimus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

4 Esdras 2:34-35; Psalm 111:7

REQUIEM æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. *Ps.* In memoria æterna erit justus: ab auditione mala non timebit.

ABSOLVE, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere judicium ultionis. Et lucis æternæ beatitudine profriui.

*Dies iræ*

1. Dies iræ, dies illasolvit saeculum in favilla: teste David cum Sibylla.
2. Quantus tremor est futurus, quando iudex est venturus, cuncta stricte discussurus!
3. Tuba mirum spargens sonum per sepulcra regionum, coget omnes ante thronum.
4. Mors stupebit et natura, cum resurget creatura, judicanti responsura.
5. Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur.
6. Iudex ergo cum sedebit, quidquid latet apparebit: nil inultum remanebit.
7. Quid sum miser tunc dicturus? Quem patronum rogaturus, cum vix justus sit securus?

main unto the coming of the Lord, shall not prevent them who have slept. For the Lord Himself shall come down from heaven, with commandment, and with the voice of an Archangel, and with the trumpet of God; and the dead who are in Christ shall rise first. Then we who are alive, who are left, shall be taken up together with them in the clouds to meet Christ, into the air, and so shall we be always with the Lord. Wherefore comfort ye one another with these words.

#### GRADUAL

Eternal rest give to them, O Lord; and let perpetual light shine upon them. *Ps.* The just shall be in everlasting remembrance; he shall not fear the evil hearing.

#### TRACT

Absolve, O Lord, the souls of all the faithful departed from every bond of sin. And by the help of Thy grace, may they be enabled to escape the judgment of punishment. And enjoy the happiness of light eternal.

#### SEQUENCE

1. Day of wrath and doom impending, David's word with Sibyl's blending, Heaven and earth in ashes ending.
2. O what fear man's bosom rendeth, When from heaven the Judge descendeth, On Whose sentence all dependeth.
3. Wondrous sound the trumpet flingeth, through earth's sepulchres it ringeth, All before the throne it bringeth.
4. Death is struck, and nature quaking, All creation is awaking, To its Judge an answer making.
5. Lo, the book exactly worded, Wherein all hath been recorded, Thence all judgment be awarded.
6. When the Judge His seat attaineth, And each hidden deed arraigneth, Nothing unavenged remaineth.
7. What shall I, frail man, be pleading? Who for me be interceding? When the just are mercy needing?

2.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

Ř. Sed libera nos a malo.

Ÿ. A porta inferi.

Ř. Erue, Domine, animam ejus.

Ÿ. Requiescat in pace.

Ř. Amen.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

Ř. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

Ř. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Ÿ. And lead us not into temptation.

Ř. But deliver us from evil.

Ÿ. From the gate of hell.

Ř. Deliver his (her) soul, O Lord.

Ÿ. May his (her) rest in peace.

Ř. Amen.

Ÿ. O Lord, hear my prayer.

Ř. And let my cry come unto Thee.

Ÿ. The Lord be with you.

Ř. And with thy spirit.

Let us pray.

#### PRAYER

DEUS, qui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui (*vel* famulæ tuæ) N., quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perducere; ut, quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dominum.

O God, Whose property is ever to have mercy and to spare, we humbly entreat Thee on behalf of the soul of Thy servant (*or* handmaid) N., whom Thou hast bidden this day to pass out of this world: that Thou wouldst not deliver him (*or* her) into the hands of the enemy nor forget him (*or* her) for ever, but command him (*or* her) to be taken up by the holy Angels, and to be borne to our home in paradise, that as he (*or* she) had put his (*or* her) faith and hope in Thee he (*or* she) may not undergo the pains of hell but may possess everlasting joys. Through our Lord.

7.

## The Absolution

*The Rite of Absolution is a series of prayers to God where the Church applies its binding and loosing power to absolve the deceased person's soul from any temporal punishment due for sins which were forgiven during the person's life. Stand as the Priest and servers process to the bier. The Priest then says:*

NON intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christianæ commendat: sed, gratia tua illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

*Libera me*

R. Libera me, Domine, de morte æterna, in die illa tremenda: Quando cœli movendi sunt et terra. Dum veneris iudicare sæculum per ignem. V. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. R. Quando cœli movendi sunt et terra. V. Dies illa, dies iræ, calamitatis et miseræ, dies magna et amara valde. R. Dum veneris iudicare sæculum per ignem. V. Requiem æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

☩. Kyrie eleison.  
℞. Christe eleison.  
☩. Kyrie eleison.  
Pater noster...

*While the Kyrie is being sung, the priest approaches the bier. At the end of the Kyrie, the priest begins the Pater noster. The priest walks twice round the bier first sprinkling it with holy water and then incensing it. He proceeds:*

Enter not into judgement with Thy servant, O Lord, for no man will ever stand guiltless in thy presence unless Thou forgive him all his sins. Let not Thy sentence fall heavily, therefore, upon one whom the sincere prayer of Christian faith commends to Thee; but help him rather with Thy grace. Thus may he deserve to be spared now the weight of thy vengeance, who while he yet lived was marked with the sign of the holy Trinity: Who livest and reignest for ever.

### RESPONSORY

R. Deliver me, O Lord, from eternal death in that awful day, When the heavens and the earth shall be moved: When Thou shalt come to judge the world by fire. V. Dread and trembling have laid hold on me, And I fear exceedingly because of the judgment and the wrath to come. R. When the heavens and the earth shall be moved: V. O that day, that day of wrath, of sore distress and of all wretchedness, that great and exceeding bitter day. R. When Thou shalt come to judge the world by fire. V. Eternal rest grant unto them, O Lord, and let perpetual light shine upon them.

8. Rex tremendæ majestatis, qui salvandos salvas gratis, salva me fons pietatis.
  9. Recordare, Jesu pie, quod sum causa tuæ viæ: ne me perdas illa die.
  10. Quærens me, sedisti lassus: redemisti Crucem passus: tantus labor non sit cassus.
  11. Juste iudex ultionis, donum fac remissionis ante diem rationis.
  12. Ingemisco, tamquam reus: culpa rubet vultus meus: supplicanti parce, Deus.
  13. Qui Mariam absolvisti, et latronem exaudisti, mihi quoque spem dedisti.
  14. Preces meæ non sunt dignæ: sed tu bonus fac benigne, ne perenni cremer igne.
  15. Inter oves locum præsta, et ab hædis me sequestra, statuens in parte dextra.
  16. Confutatis maledictis, flammis acerbis addictis: voca me cum benedictis.
  17. Oro supplex et acclinis, cor contritum quasi cinis: gere curam mei finis.
  18. Lacrimosa dies illa, qua resurget ex favilla
  19. Judicandus homo reus. Huic ergo parce, Deus:
  20. Pie Jesu Domine, dona eis requiem. Amen.
8. King of majesty tremendous, Who dost free salvation send us, Fount of pity, then befriend us.
  9. Think, kind Jesus, my salvation Caused Thy wondrous Incarnation, Leave me not to reprobation.
  10. Faint and weary Thou hast sought me, On the cross of suffering bought me, Shall such grace be vainly brought me?
  11. Righteous Judge, for sin's pollution Grant Thy gift of absolution, Ere that day of retribution.
  12. Guilty now I pour my moaning, All my shame with anguish owing, Spare, O God, Thy suppliant groaning.
  13. Through the sinful woman shriven, Through the dying thief forgiven, Thou to me a hope hast given.
  14. Worthless are my prayers and sighing, Yet, good Lord, in grace complying, Rescue me from fires undying.
  15. With Thy sheep a place provide me, From the goats afar divide me, To Thy right hand do Thou guide me.
  16. When the wicked are confounded, Doomed to flames of woe unbounded, Call me with Thy Saints surrounded.
  17. Low I kneel with heart's submission; See, like ashes, my contrition, Help me in my last condition.
  18. Ah! that day of tears and mourning, From the dust of earth returning, Man for judgment must prepare him,
  19. Spare, O God, in mercy spare him. Lord all-pitying,
  20. Jesus blest, Grant them Thine eternal rest. Amen.

*John 11: 21-27*

IN illo tempore: Dixit Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed et nunc scio, quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivit: et omnis, qui vivit et credit in me, non morietur in

### GOSPEL

At that time: Martha said to Jesus: Lord, if Thou hadst been here, my brother had not died: but now also I know that whatsoever Thou wilt ask of God, God will give Thee. Jesus saith to her: Thy brother shall rise again. Martha saith to Him, I know that he shall rise again in the resurrection at the last day. Jesus saith to her: I am the resurrection and the life: he that believeth in Me, although he be dead, shall live; and every one that liveth, and

æternum. Credis hoc? Ait illi: Uti-  
que, Domine, ego credidi, quia tu  
es Christus, Filius Dei vivi, qui in  
hunc mundum venisti.

DOMINE, Jesu Christe, Rex gloriæ,  
libera animas omnium fidelium de-  
functorum de pœnis inferni et de  
profundo lacu: libera eas de ore  
leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne  
cadant, in obscurum: sed signifer  
sanctus Michael repræsentet eas in  
lucem sanctam: Quam olim Ab-  
rahæ promisisti, et semini ejus.  
Hostias et preces tibi, Domine,  
laudis offerimus: tu suscipe pro  
animabus illis, quarum hodie mem-  
oriam facimus: fac eas, Domine, de  
morte transire ad vitam. Quam  
olim Abrahæ promisisti et semini  
ejus.

PROPTIARE, quæsumus Domine,  
animæ famuli tui (*vel* famulæ tuæ)  
N., pro qua hostiam laudis tibi im-  
molamus, majestatem tuam sup-  
pliciter deprecantes: ut per hæc piæ  
placationis officia, pervenire mer-  
eatur ad requiem sempiternam. Per  
Dominum.

VERE dignum et justum est,  
æquum et salutare, nos tibi semper  
et ubique gratias agere: Domine  
sancte, Pater omnipotens, æterne  
Deus, per Christum Dominum no-  
strum. In quo nobis spes beatæ  
resurrectionis effulsit: ut quos con-  
tristat certa moriendi conditio, eos-  
dem consoletur futuræ immortalitatis  
promissio. Tuis enim fidelibus,  
Domine, vita mutatur, non tollitur:  
et dissoluta terrestis hujus incola-  
tus domo, æterna in cœlis habitatio  
comparatur. Et ideo cum Angelis

believeth in Me, shall not die for ever.  
Believest thou this? She saith to Him:  
Yea, Lord, I have believed that Thou art  
Christ, the Son of the Living God, who  
art come into this world.

#### OFFERTORY

Lord Jesus Christ, King of glory, deliver  
the souls of all the faithful departed from  
the pains of Hell and the bottomless pit.  
Deliver them from the jaws of the lion,  
lest hell engulf them, lest they be plunged  
into darkness; but let the holy standard-  
bearer Michael lead them into the holy  
light, as once you promised to Abraham  
and to his seed. Lord, in praise we offer  
you Sacrifices and prayers; accept them on  
behalf of those who we remember this  
day: Lord, make them pass from death to  
life, as once you promised to Abraham  
and to his seed.

#### SECRET

Be merciful, we beseech Thee, O Lord,  
to the soul of Thy servant (*or* of Thy  
handmaid) N., for whom we offer to  
Thee the sacrifice of praise, humbly en-  
treaty Thy Majesty: that by this service  
of pious atonement, he (*or* she) may  
deserve to attain to eternal rest.  
Through our Lord.

#### PREFACE FOR THE DEAD

It is truly fitting and proper, right and  
profitable to salvation: that we should at  
all times and in all places give thanks to  
Thee O Lord, Holy Father, almighty and  
everlasting God, through Christ our  
Lord: in Whom has shone upon us the  
hope of blessed resurrection, so that  
those who are afflicted by the certainty of  
dying, may be consoled by the promise of  
future immortality. For to Thy faithful,  
Lord, life is changed, not taken away; and  
when the abode of this earthly sojourn is  
destroyed, an eternal dwelling is prepared  
in Heaven. And therefore with Angels

et Archangelis, cum Thronis et  
Dominationibus, cumque omni mi-  
litiæ cœlestis exercitus, hymnum  
gloriæ tuæ canimus, sine fine dicen-  
tes:

Lux æterna luceat eis, Domine:  
Cum Sanctis tuis in æternum: quia  
pius es. Requiem æternam dona eis,  
Domine: et lux perpetua luceat eis:  
Cum Sanctis tuis in æternum: quia  
pius es.

PRESTA, quæsumus, omnipotens  
Deus: ut anima famuli tui (*vel*  
famulæ tuæ) N., quæ hodie de hoc  
sæculo migravit, his sacrificiis  
purgata, et a peccatis expedita,  
indulgentiam pariter et requiem  
capiat sempiternam. Per Dominum  
nostrum.

and Archangels, with the Thrones and  
Dominations, and with all the heavenly  
hosts, we sing a hymn to Thy glory, say-  
ing without ceasing:

#### COMMUNION

Let everlasting light shine upon them, O  
Lord, With Thy Saints forever for Thou  
art merciful. Eternal rest grant them, O  
Lord, and let perpetual light shine upon  
them: With Thy Saints for ever for Thou  
art merciful.

#### POSTCOMMUNION

Grant, we beseech Thee, almighty God,  
that the soul of Thy servant (*or* handmaid)  
N., who this day has departed out of this  
world, being purified by this sacrifice, and  
delivered from his (*or* her) sins, may re-  
ceive both pardon and everlasting rest.  
Through our Lord.